centenariis, ab anno videlicet 1680. *exclusive*, quartum dumtaxat esse *bissextilem* nempe 2000. 2400. 2800. &c.

52 Secundum vero Juliani kalendarii vitium in cyclo decemnovenali, quamvis correctione difficillimum prima fronte videretur, tamen facillime, & promptissime fuit correctum ex ingeniosissimo libro Aloysii Lilii celeberrimi Romani Medici, & Astronomi de propagando *Aureo numero in* 30. *Epactas.*

53 Epacta nomen græcum est, quod dies superinductos significat, eos scilicet, quibus annus solaris communis continens dies 365. annum Lunarem communem continentem dumtaxat dies 354. superat, seu excedit. Epacta igitur primi anni erit 11. cum hoc numero annus communis solaris lunarem annum communem excedat; atque adeo sequenti anno novilunia contingent 11. diebus prius, quàm anno primo: Sicque Epacta anni secundi erit 22: cum eo anno rursum annus solaris lunarem annum excedat diebus 11. qui additi ad 11. dies primi anni, efficiunt 22. ac proinde finito hoc anno novilunia contigent 22. diebus prius, quàm primo anno; Epacta autem tertii anni erit 3. quia cum rursus 11. dies debeant adjici, ex quo continuus fit anni solaris cursus undecim diebus superans continuum cursum anni lunaris, efficietur numerus 33. à quo si rejiciantur 30. dies, qui unam lunationem embolismalem constituunt, relinquentur 3. & sic semper deinceps per continuum cujusque anni augmentum 11. dierum, abjectis tamen 30. quando rejici possunt.

54 Pro dignoscendis ex Epacta Lunæ diebus, debent ipsi addi tot dies, quot fuerit mensium numerus, non à Januario, sed à Martio inclusive numeratus. Per hanc enim additionem habetur Epacta, seu ætas Lunæ pro prima die illius mensis, in quo Lunæ ætas quæritur: Si deinde huic numero numerus etiam dierum mensis adjiciatur, totalis summa ætatem Lunæ pro tali die indicabit, dummodo dicta summa tricenarium numerum non excedat, quia tunc Luna non erit nisi tot dierum, quot dies, abjectis 30. ex illa summa, supersunt, *v. g.* si scire velis ætatem Lunæ pro prima die Aprilis v. g. anni 1760. sumenda erit Epacta 12. quæ dicto anno competit, & numerus mensis, nempe 2. cum Aprilis sit secundus à Martio numeratus; Sicque prima dies Aprilis erit 14. Lunæ: Si deinde scire velis ætatem Lunæ pro die decima ejusdem mensis Aprilis, debet addi supradicto numero Epactali 12. num. 2. secundi mensis à Martio, & simul dies 10. ejusdem Aprilis: sicque dies decima Aprilis erit 24. Lunæ: Si autem scire velis ætatem lunæ pro die 25. dicti Aprilis, debet addi dicto numero Epactali 12. num. 2. secundi mensis à Martio, & simul dies 25. dicti Aprilis: Sicque cum totalis summa ex diebus 12. Epactæ, duobus secundi mensis, ascendat ad dies 39. detractis 30. supererunt 9. qui ætatem Lunæ pro tali dies 25. ostendent.

55 Indictio est 15. annorum Solarium revolutio ab 1. usque ad 15. qua revolutione peracta, iterum reditur ad unitatem. Indictionis nomen venit à pensitatione, seu solutione quorumdam tributorum, quorum *Canon*, & modus in Romano Imperio quotannis olim indicebatur. "Cum enim Romani, *inquit S. Eligius* homil. 3. »(*apud Bibliothecam PP. tom.* 2.) toties mundi poti»rentur dominio, à subjecto sui orbe tripartito per »tria quinquennia solutionem census indixerunt fieri; »& hoc modo, ut aurum uno, argentum altero, æs »vero tertio persolveretur quinquennio." Unde ne horum tributorum solvendorum memoria laberetur, instituerunt Romani, ut nulla conventio scriptis exarata valeret, nisi haberet annum *Indictionis* notatum: Quonam autem tempore *Indictionis* usus incœperit; quamvis certo sciri non possit, probabilius tamen est incœpisse anno Christi 312. die 24. Septembris, qua die à Constantino Magno victus fuit Maxentius, & inde christiana religio fuit in libertatem asserta, in cujus gloriosi facti, & tanti beneficii memoriam feruntur Patres in Concilio Nicœno statuisse, ut deinceps nulla amplius fieret computatio per *Olympiades*, sed per *Indictiones*, ab ipsa die dictæ tam solemnis, & christianis favorabilis victoriæ incipiendas; Petavius *lib.* 11. *de doctrina temporum cap.* 40. & 41. Ricciolus *tom.* 1. *Chronologiæ leg.* 4. *cap.* 16. & alii; Et de facto eas incœpisse mense Septembri indicat *lex* Si Provincia 13. *Cod. de annonis, & tributis, & lex* Omnem Canonem 1: *Cod. de militari veste, ac Novella* 128. Indic- 56
tiones vero nunc, præsertim in bullis, ac aliis pontificiis rescriptis incipiunt à kalendis Januarii.

Olympias autem erat spatium 4. annorum comple- 57
torum in orbem rediens, quo elapso in Olympia, olim Pisa Elidis, vel Eleæ, aut Pisatidis regionis in Peloponneso primaria urbe, agones, & ludi in honorem Jovis Olympii, *Olympici* idcirco dicti, maxima totius Græciæ solemnitate, & concursu celebrabantur. Ejusmodi ludos Pisus instituisse dicitur, de quo tamen præter nomen, ut notat Stranchius *in Brev. Chronolog. leg.* 4. *cap.* 16. hodie parum constat: Pelops Tantali filius in honorem Jovis Olympii eos celebrare jussit, quos intermissos restauravere Atreus, & Hercules Alcmenæ filius, ac demum peculiaribus additis statutis, Iphitus Praxonidæ filius Elidis Rex illos iterum neglectos innovavit, à quo subinde *Iphitei* dicti sunt. Hi vero ludi quinto quoque anno ineunte, id est, post quatuor annos completos sub initium æstatis, seu æstivi solstitii, testibus Livio *lib.* 27. Censorino in *lib. de die natali cap.* 8. Pindaro *Ode* 3. *strop.* 2. & aliis celebrabantur à Luna 11. usque ad 16. inclusive, qua & judicium, & sententia de victoribus ferebatur; Prioribus autem undecim diebus athletæ variis se prælusionibus exercebant, Olympiadibus singulis peracto judicio, pronuntiata sententia, victoribus declaratis, victorum nomina statim per publicos Sacerdotes ei curæ præpositos tabulis publicis inscribebantur, quibus iisdem etiam alii notabiliores eventus ad singulos singularum Olympiadum annos summatim adnotabantur. Prima Olympias, à qua ceteræ ab Historicis numerantur, seu Olympiadum initium contigit sub prædicto Iphito Rege anno Periodi Julianæ 3938. Mundi 3228. ante æram communem Christianorum 776. ut notat Purchotius *part.* 2. *Physic. sect.* 2. *cap.* 9. §. Epactæ profanæ ::: & alii plures. Sed satis de his; cum ex dicto Concilio Nicæno nulla amplius fiat computatio per Olympiades, sed per Indictiones.

Unde pro invenienda cujuslibet anni Indictione, ad- 58
dendus est numerus ternarius anno, cujus quæritur ipsa Indicto, & totalis summa dividenda est per 15. & tunc numerus ex divisione relictus ostendet Indictionem quæsitam. Quod si ex divisione nihil supersit, indictio erit 15. *v. g.* Anno 1760. addantur tres numeri, seu tres anni, summa totalis erit 1763. quæ cum divisa per 15. relinquat 8. annus 1760. erit 8. Indictionis Pontificiæ; Item anno 5. 1761. addantur tres, summa erit 1764. quæ cum divisa per 15. 9. relinquat, Indictio anni 1737. erit 9. Unde distichum:

Si tribus adjunctis Domini diviseris annos,
Ter tibi per quinos Indictio certa patebit.

Cyclus solaris est revolutio 28. annorum, qua ab- 59
soluta ad eumdem deinceps literarum dominicalium ordinem regredimur. Non enim *solaris* dicitur, quod motum solis aliquem specialem indicet, sed quod ejus beneficio literarum dominicalium seriem cognoscamus: Sicque *solaris* est dictus, eo quod dies dominica, quam *litera dominicalis* designat, olim dies *solis* nominabatur.

Pro inveniendo numero cycli solaris debent addi 9. anni anno currenti, & totalis summa dividenda est per 28. & tunc numerus ex divisione relictus ostendet annum cycli solaris quæsitum; Quod si ex divisione nihil supersit, annus cycli solaris erit 28. *v. g.* Si anno 1700. addantur 9. erunt 1709. quæ summa totalis divisa per 28. dabit in *quotiente* 61. & supererit 1. Hinc annus 1700. est primus cycli solaris, eique è regione respondet litera dominicalis in tabulis; Unde distichum:

Junge anni Domini ter ternos, perque viginti
Octo seca summam; Cyclus solaris habetur.

Ut

60 Ut autem sine tabella litera dominicalis possit inveniri, dantur sequentes versiculi:

Astra dabit Dominus, gratisque beabit egenos,
Gratia Christicola feret aurea dona fideli.

Hæc verba respondent mensibus juxta suum ordinem, nempe *Astra* Januario, *Dabit* Februario, *Dominus* Martio, & sic de reliquis: sola autem prima litera in illis consideratur, & ipsa est dominicalis affixa primæ diei respectivi mensis. Unde *Astra* ut incipiens, per *A* indicat primæ diei mensis Januarii competere literam dominicalem *A. Dabit* ut incipiens per *D* indicat primæ diei Februarii competere literam dominicalem *D*: sic de reliquis. Cognita igitur prima die alicujus mensis, quota nimirum in hebdomada illa sit, clare patebit quænam litera dominicalis illi anno respondeat. Hinc quia Martius anno 1644. à die dominica, seu die Domini incipit, secunda illius dies erit *Lunæ*, tertia *Martis*, & sic de reliquis. Unde cum primæ diei Martis competat *D* secundæ diei *E* tertiæ *F* quartæ *G* quintæ *A* sextæ *B* septimæ *C* litera dominicalis anni 1744. à Martio incipientis erit *D*. Quia verò annus 1744. est bissextilis, ac proinde duæ literæ dominicales illi competunt, si litera *D* est dominicalis in Martio, litera *E* erit dominicalis in Januario usque ad diem 25. Februarii, ubi nimirum fit diei intercalatio: atque adeò litera, quæ ab initio Januarii usque ad festum S. Mathiæ in diem dominicam incidebat, deinceps à festo S. Mathiæ in feriam secundam cadit, & dies dominica designatur præcedenti litera: eo quod orbis iste literarum dominicalium non septem annis, sed quater septem, id est 28. annis expletur.

61 Cyclus Lunæ, seu *Aureus numerus* est Cyclus 19. annorum in perpetuum revolubilis, à *Metone* quodam Atheniensi excogitatus, ut lunaris motus cum solari ad æqualitatem perduceretur. Cyclus enim est certus annorum numerus excogitatus per antiquos, ut certius de tempore rerum gestarum posteris constaret. Ut autem prompte sciatur quotus sit Cyclus Lunæ, sive *Numerus Aureus* cujuslibet anni, debet addi annus unus anno currenti, & totalis summa dividi per 19. & si quid residuum fuerit, id numerum Cycli lunaris, seu *Numeri aurei* anno currenti debitum indicabit; Si verò nihil remanserit, Cyclus Lunæ, seu *Aureus Numerus* erit 19. *v. gr.* si annus currens sit 1700. & ipsi addatur 1. habebitur 1701. quæ summa totalis si per 19. dividatur, invenientur in *quotiente*, seu *exponente* 89. & supererunt 10. qui demonstrant annum 1700. esse Cycli lunaris, seu *Aurei Numeri* decimum, quod totum indicat sequens Distichum.

Unam addes annis Domini, summamque novenis,
Et denis tribuet, Numerus tibi ut Aureus adsit.

62 Appellatur autem communiter hic Lunæ Cyclus *Aureus numerus*, quia tanti hujusmodi Cyclum fecit Antiquitas, ut aureis pingeretur, seu scriberetur characteribus & signanter Athenienses aureis numeris illum in foro præfigerent, & ut multi referunt, Alexandrini in tabula argentea aureis literis descriptum Romanis olim miserint.

Non possunt locorum Ordinarii, tam seculares, quam 63
Regulares addere suis Kalendariis Sanctorum officia, nisi ea dumtaxat, quæ à Breviarii Romani Rubricis, vel à Sacr. Rituum Congr. seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur. Neque propria auctoritate, & quovis prætextu possunt mutare ritum, qui habetur in kalendario Romano, seu Rubricis Breviarii in altiorem ritum, neque extendere concessa officia de loco ad locum; Sacr. Rit. Congreg. 8. *Aprilis* 1628. Vide *verb.* Resolutiones Sacræ Congreg. in *Indic.* 2. *Merati n.* 58.

* Kalendarium Gregorianum post distributionem fes- 64
torum, jejuniorum, & hujusmodi ab Italo Græcis servari præcipitur, Benedict. XIV. tom. 1. const. 57. *incip.* Etsi Pastoralis §. 9. *

KYRIE ELEISON.

Kyrie eleison, seu eleeson, est vox græca, & significat *Domine miserere*; Et fuit à Græcis translata apud 65
Romanos eodem idiomate ob reverentiam antiquitatis, & Ecclesiæ unitatem inter Græcos, & Latinos, & sicuti eodem idiomate translatæ sunt ab Hebræis hæ voces Hebraicæ: *Amen*, *Alleluja*, *Sabaoth*, *Osanna*, ut ostendatur unam esse Ecclesiam, quæ ex Hebræis, & Græcis primum, deinde ex Latinis coadunata est; Quarti *Comment. in Rubric. Missal. part.* 1. *tit.* 7. *num.* 2. Merati *tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 8. *Rubrica* 2. *num.* 7. Hanc translationem
à Græcis ad Romanos fuisse factam à S. Silvestro as- 66
serunt Rodulphus *propos.* 23. Gavant. apud Merati *loc. cit.* Quarti *loc. cit.* Hoc tamen incertum videtur; Amalarius enim, Strabo, Micrologus, & alii apud Merati *loc. cit.* id tribuunt S. Gregorio Magno: At verò fuisse in usu in tota Italia ante S. Gregorium annis 150. testatur Concilium Vasense II. *cap.* 3. sub Felice IV. celebratum, ut ex Bellarmino, & aliis referunt Gavant. & Merati *loc. cit.*

Ter autem repetitur *Kyrie*, ter *Christe*, & iterum
ter *Kyrie* ad confessionem SS. Trinitatis, id est, ter ad 67
Patrem, ter ad Filium, ter ad Spiritum Sanctum; sed ad Patrem, & Spiritum Sanctum, sub eodem voce *Kyrie*, quia Pater, & Spiritus Sanctus sunt unius naturæ tantum, id est, solius divinæ. Ad Filium verò sub alia voce nempe *Christe*, quia præter naturam divinam, habet etiam humanam. Dicitur etiam ter ad quamlibet
Personam, ad significandum quod omnes Personæ sunt 68
in se invicem; Sanctus Thomas 3. *p. q.* 83. *art.* 4. Quarti, Gavant. & Merati *loc. cit.*

Novies in missa repetitur contra novem genera pec-
catorum, id est, contra *originale*, *mortale*, *veniale*, *cor-* 69
dis, *oris*, *operis*, *infirmitatis*, *ignorantiæ*, & *malitiæ*; Innoc. III. *lib.* 3. *cap.* 19. Gavant. apud Merati *tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 16. *num.* 4.

LÆSIO.

VIDE *verb.* Emptio, & Venditio, *art.* 5. ubi late de his. ☉

LAICUS.

SUMMARIUM.

1 LAICUS *juris spiritualis est incapax: nec valet negotia ecclesiastica, seu spiritualia tractare: Reges subduntur judicio ecclesiastico: coram quo sunt conveniendi laici: pro juramenti observantia: multa referuntur quæ eisdem sunt prohibita*, ad numer. 16.

17 *Laico Clerico facto post delictum, ad quem cognitio spectet*, ad num. 23.

24 *Quæ alia laicis sint vetita: celebrans vel absolvens sine facultate an suspectus de fide: incapacitas laicorum refertur, & quæ nequeunt efficere*, ad num. 61.

62 *Auctoris supplementa inseruntur.*

1 LAICUS est penitus incapax juris spiritualis, seu Ecclesiastici *cap. Messana* 56. *de election. cap. Causam quæst.* 7. *de præscriptionibus*, cum similibus; Rota *part.* 4. *recent. decr.* 483. *num.* 16. & communissima
2 Doctorum. Unde Laicus spiritualia, & Ecclesiastica negotia tractare non debet, textu expresso *cap. Decernimus* 2. *de Judiciis*, ibi: *Decernimus, ut Laici Ecclesiastica tractare negotia non præsumant*, & concordat *cap. Bene quidem* 1. *dist.* 96. *cap. Qua in Ecclesiarum* 7. & *cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de Constitutionibus*, & *cit. cap. Messana*, &c. *Causam quæ cum*
similibus. Sicque Laicus nullam habet potestatem in 3
personas, & res ecclesiasticas, quia laicis, quamvis Religiosis, disponendi de ecclesiis, rebus & personis ecclesiasticis, nulla est attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: *cap.* Bene quidem 1. *dist.* 96. *cap.* Ecclesia S. Mariæ 10. *de Constitutionibus*, ubi expresse dicitur: "Nos attendentes, quod laicis etiam Religiosis super ecclesiis, & personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi:" & *cap.* Cum Laicis 12. *de rebus Ecclesiæ alienand. vel non*, ibi: "Cum laicis quamvis Religiosis disponendi de rebus ecclesiæ nulla sit attributa potestas; quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi."

Laici omnes etiam Principes, & Reges in spiritua- 4
libus causis sunt subditi Judicio ecclesiastico: *cap.* Quis dubitet 9. & *cap.* Si Imperator 12. *dist.* 96. *cap.* Novit ille 13. *de Judiciis*, *cap.* Unam Sanctam *de Maj. & obedient. inter Extravagantes communes.* Laici usur- 5
pantes res ecclesiæ coram Episcopis conveniuntur, & ad satisfactionem compelluntur; *cap.* Conquestus 16. *de Foro comp. cap.* Sicut 2. *de privilegiis.* Laici pro 6
re ecclesiæ conveniri possunt coram Judice ecclesiastico; *cap.* Si Clericus 5. *de Foro compet.* Laici pro ju- 7
ramentorum observantia conveniri debent coram Judice ecclesiastico. *Cap. final. de Foro competent. in* 6.
Laici in mere temporalibus, & profanis non ligantur 8
constitutionibus canonicis, nisi in terris ecclesiæ, *capit.* Quoniam 8. *dist.* 10. *cap.* Si duobus 7. *de appellationibus* §. Denique. ☉

(Quæ ex *num.* 4. proponuntur, vide ad ea *lit.* P *pag. in add. nov. numer.* 28. & *inter alia* perlegatur Breve Sanctitatis D. Innocentii X. *pag.* 27. *lit.* F).

☉ Nec læsio enormis Judicis arbitrio relinquitur; neque videtur in casu dictæ læsionis minori pretio donationis causa vendidisse, ut A. asserit; semper quod hujusmodi species interveniat, deturve talis enormitas ex parte emptoris, seu venditoris, actio ultra dimidium justi pretii (hæc est læsio quæ dicitur enormis) utrique competit, per quam intenditur, ut quod justo pretio deficit, restituatur, aut res vendita devolvatur: quantitatem in contractum deductam, qui accepit, restituente (1); nil Judicis arbitrium prævalebit, cum à lege sit determinatum: idemque operabit donatio minoris pretii præsumptiva.

(1) *L.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *Ibi*: Otrosi decimos, que se puede desfacer la vendida que fue fecha por menos de la meytad del derecho precio que pudiera valer en la sazon que la vendieron. E si el vendedor esto pudiere probar, puede demandar al comprador que cumpla sobre aquello que habia dado por ella, tanto, quanto la cosa estonce podria valer, segund derecho. E si esto no quisiese facer el comprador, debe desamparar la cosa al vendedor, é recibir del el precio que habia dado por ella. E por menos del derecho precio podria ser fecha la vendida, quando de la cosa que vale diez maravedis::: Vide *verb.* Emptio, & venditio *art.* 5.

☉ Late pertingitur (1) de quibus cognoscant, vel possint, Judices tam ecclesiastici quam seculares; separatim dictis num. comprehensa tractabuntur.

Quicumque res ecclesiæ, monasteriorum, clericorumve usurpantes, si intra sex dierum spatium, ex quo fuerint requisiti, non restituerint, facultas conceditur Judicibus secularibus procedendi, usquequo ex venditione bonorum delinquentium, cum duplo corporis delicti restitutio consequatur (2); eodem tempore, DD. Enrico II. regnante, ne etiam minimum eorum franchitiæ infringerentur, ac bonorum occupatio, cujuscumque qualitatis fuerint, vitaretur, eisdem Judicibus animadversio, juxta conditionem criminis, ut alieno periculo alii exemplum sumerent, fuit commissa (3); & non solum hac pœna regius animus contentus evasit, immo præter dimidii bonorum amissionem, eadem delinquentes puniendi veniunt, qua regios redditus occupantes (4): qui, si per vim hoc perpetraverint delictum, ordinaria plectuntur: sine ea verò, inter alias, exilio in perpetuum condemnantur (5); Nihil mirum, cum jam regnante DD. Alphonso eadem esset laicis Judicibus commendata potestas, illam imponendi in transgressores res sanctas, & sacras de ecclesia, aliove loco religioso subripientes: auxilium, aut consilium præbentes: quam quidem horum receptatores non subterfugiunt (6).

(1) Vide *verb.* Forum, per totum.

(2) *L.* 9. *tit.* 12. *lib.* 8. Qualesquier forzadores, y tomadores que forzaren, y tomaren algunos bienes de las Iglesias, y Monasterios, y personas eclesiastitas, que siendo requeridos fasta seis dias del dia que fueren requeridos, si no tornaren, y ficieren enmienda, y satisfaccion de lo que asi tomaren, y forzaren, mandamos á nuestros Adelantados, y Merinos, y Justicias de las nuestras ciudades, villas, y lugares donde acaesciere, que fagan execucion en bienes de los dichos forzadores, y tomadores, y les fagan pagar con el doblo todo lo que asi tomaren, y forzaren, y vendan sus bienes como por nuestro haber:::

(3) Vide *verb.* Immunitas.

(4) Vid. *Leg.* 11. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ibi*: Sopena que el que lo contrario hiciere, por el mismo hecho pierda la mitad de sus bienes para la nuestra Cámara, y caiga, é incurra en las otras penas en que incurren los que toman, y ocupan las nuestras rentas::: Vid. *verb.* Bannitus.

9 Laicis personis de mysteriis fidei publice vel privatim disputare prohibitum est sub pœna excommuni-
10 cationis ferendæ. Vid. *verb.* Fides *n.* 36. Hæc prohibitio non solum comprehendit disputationem Fidei dubitativam, sed etiam disputationem Fidei confirmativam. Vid.
11 *ib. n.* 37. Talis prohibitio comprehendit omnes laicos ne-
12 dum indoctos, sed etiam doctos. Vid. *ib. n.* 38. Possunt tamen laici docti de fide disputare in casu necessitatis, aut
13 evidentis utilitatis. Vid. *ib. n.* 39. Possunt etiam laici docti disputare de fide disputatione materiali, hoc est ficta. Vid. *ib. n.* 40. Non autem disputatione formali, hoc est vera, nisi in casu necessitatis, aut evidentis utilitatis. Vid. *ib. num.* 41.

¶ Contrarium tamen eruitur ex Nota apposita in hac editione, *verb.* Clericus, *art.* 1. *num.* 1. *tom.* 2. & *verb.* Fides, *num.* 37. *tom.* 4. ubi ostendimus, laicorum nomine, eo tempore, quo editus est canon *cap.* Quocumque relatus, intelligi consuevisse indoctos, & illiteratos. ¶

Laici non possunt prædicare. Concil. Carthagin. VI. 14
cap. 68. *cap.* Cum ex injuncto 12. *de Hæreticis.* Immo laici prædicantes subjacent excommunicationi, & nisi quam citius resipuerint alia competenti pœna sunt plectendi, textu expresso *in cap.* Excommunicatus 13. *de Hæreticis.* "§. quia verò nonnulli sub specie pietatis virtutem ejus juxta quod Apostolus ait abnegantes, auctoritatem sibi vindicent prædicandi, (cum idem Apostolus dicat, quomodo prædicabunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica Sede, vel Catholico Episcopo loci susceptum, publice vel privatim prædicationis offi-

Varia, variis in locis notantur, de quibus secularis cognoscit: sed ecclesiasticis non denegatur, in materia scilicet *decimarum*, *primitiarum*, *oblationum*, *electionis*, *patronatus ecclesiastici*, *sepulturæ*, interque alia, super Sacramentis (7); quibus benè præmeditatis videtur modum patefieri, quo erit A. doctrina intelligenda. In comprobationem cognitionis in ecclesiastici Judicis favorem cap. *de Foro competenti in* 6. adducitur pro juramenti observantia. Attentis jam relatis, necesse exponendum videtur, juramenta, ne fiant, aut præstentur, posse aliqua ex causa Legislatorem stabilire; hinc sanè (8) adversus Tabelliones gravissimis fuit pœnis interdictum, in

(5) *L.* 1. *tit.* 8. *lib.* 9. Cosa notoria es quan necesario sea para el bien publico de nuestros reynos, y de nuestros subditos, la conservacion de nuestras rentas, y derechos, por depender de ellas el sostenimiento de nuestros estados; y por esta causa siempre se tuvo por grave delito que nadie las usurpase, ni hiciese por dó viniesen á valer menos; y conformandonos con lo que cerca desto está establecido por los Reyes, de dó venimos, mandamos que qualquier persona, Concejo, ó Universidad, que por su propria autoridad, y sin nuestra licencia, y mandado, se entremetiere en tomar para sí las dichas nuestras rentas, y derechos reales, y ocuparlas á sabiendas, y violentamente, de que nos estuvieremos en pacifica posesion, ó hiciere pública resistencia con violencia para que no se cobren para Nos en alguno de dichos lugares, impidiendo, y embargando la cobranza á los nuestros recaudadores, y arrendadores, y á otras qualesquier personas:: que por el mismo caso los que lo hicieren, y los que para ello les dieren consejo, favor, y ayuda, cayan, é incurran en pena de muerte, y perdimiento de sus bienes. *L.* 2. *ejusd.* Porque muchas personas con fraudes, y encubiertas usurpan nuestras rentas, y derechos reales, lo qual tambien es muy gran delito; mandamos que si el que lo hiciere tuviere de Nos oficio tocante á la administracion de nuestras rentas reales, por el mismo caso pierda todos sus bienes, y sea desterrado de nuestros reynos por todos los dias de su vida; y en la misma pena incurran los que para ello le dieren favor, y ayuda, y consejo: y si no tuviere el dicho oficio, sea obligado de restituir todo lo que asi usurpare con los frutos, y rentas que oviere rentado, y podido rentar, desde que lo usurpó, con mas el quarto tanto de todo el valor dello, y de los frutos que oviere rentado: y asimismo incurra en la misma pena el que para ello le diere consejo, favor, y ayuda; con que si fuere oficial de la nuestra hacienda el que diere el dicho consejo, favor, y ayuda, ó nuestro arrendador, incurra en la dicha pena de perdimiento de todos sus bienes, y de ser desterrado de nuestros reynos por todos los dias de su vida.

(6) Vid. etiam *verb.* Furtum, & *verb.* Forum.

(7) Vid. dict. *verb.* Forum *in principio*, & prope *fin.* Vid. *verb.* Decimæ, *art.* 5. per totum.

(8) *L.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. Porque somos informados que las leyes, y ordenanzas de nuestros reynos, que defienden que ninguno, ni algun lego no fagan contratos, por dó se obliguen con juramento por dó se sometan á la Jurisdiccion eclesiastica, no se guardan cumplidamente, ni se executan las penas en ellas contenidas contra las partes, ni contra los Escribanos que vienen contra ellas, de lo qual se siguen grandes peligros, y daños á las consciencias por los perjuros, en que á menudo incurren los legos que se obligan con juramentos, por las excomuniones que por tales deudas comunmente ponen los Jueces eclesiasticos, y por los grandes daños, y costas que se les crecen, y la nuestra Jurisdiccion real á causa dello recibe detrimento: porende ordenamos, y mandamos que de aqui adelante las dichas leyes se guarden, y cumplan, y en guardandolas, defendemos que ningun lego Christiano, Judio, ni Moro, no haga obligacion en que se someta á la Jurisdiccion eclesiastica; ni haga juramento por la tal obligacion junta, ni apartadamente: ni el acreedor lego la reciba só las penas contenidas en las dichas leyes; y que la obligacion no vala, ni haga fee, ni prueba: y mandamos á todas, y qualesquier Justicias que no la executen, y manden, ni hagan pagar; y defendemos que Escribano alguno no la reciba, ni signe la tal obligacion, ni juramento, siquiera se haga junta, ó apartadamente, sopena que el Escribano que la signare pierda el oficio, y dende en adelante su escritura no haga fee, ni prueba, y pierda la mitad de sus bienes; y desto sea un tercio para quien lo acusare, y los dos tercios para la nuestra Camara; y mandamos á los nuestros Secretarios, que cada, y quando libraren cartas de escribanías, y notarías para qualesquier personas, pongan en ellas, que si signare el tal Escribano obligacion entre lego, y lego, por donde se someta el deudor á la Jurisdiccion eclesiastica, ó signare juramento della, que pierda el oficio::: *L.* 10. *ejusd.* Ordenamos que ningun lego sea osado de mandar citar, ni emplazar á otro lego delante el Juez de la Iglesia, ni hacer, ni otorgar obligacion sobre sí, en que se someta á la Jurisdiccion eclesiastica sobre deudas, ó cosas profanas á la Iglesia no pertenescientes::: *L.* 20. *titul.* 21. *ejusd. Ibi*: Declarando, como declaramos, que por lo que ansi avemos dispuesto, y ordenado, no se entienda innovar, ni alterar cosa alguna cerca de lo que por las leyes de nuestros reynos está proveído, que los legos no se puedan someter á la Jurisdiccion eclesiástica cerca de los casos, y en la forma que en las dichas leyes se contiene::: *L.* 23. *tit.* 25. *ejusd.* Mandamos que el Escribano que hiciere contrato entre legos sobre causas que no pertenescen á la Iglesia, en que se someta el lego á la jurisdiccion eclesiastica, pierda el oficio:::

„ficium usurpare præsumpserint, excommunicationis vin-
„culo innodentur, & nisi quamcitius resipuerint, alia
15 „competenti pœna plectantur.” Laici præsentibus Cle-
ricis, nisi ipsis rogantibus, docere non possunt. Con-
cil. Carthagin. IV. *cap.* 66. *cap.* Mulier 29. *dist.* 23.
ibi: *Laicus autem præsentibus Clericis*, (*nisi ipsis rogan-
tibus docere non audeant*).
16 Laicus, qui post commissum delictum sine ulla frau-
de factus est Clericus, gaudet privilegio fori tam quo-
ad personam, quam quoad bona, quia privilegium su-
perveniens universaliter eximit: *cap.* Frater noster, &
ibi Glossa in verb. aliquid *caus* 16. *quæst.* 1. *cap.* Cum
Capella, *de privilegiis*, & liberat ab obligatione qua
quis antea tenebatur; *cap.* ex antiquis *cap.* Fraternita-
tem, & *cap.* Si servus, *dist.* 54. *leg. penult.* §. Si post,
& *leg.* Spadonem, §. Scire, *ff. de excusat. tutor. leg.* Is
cui, *ff. de alim. & cibor. leg.* (Vid. *lit.* C. *pag.*159. *n.* 23.)
& sic expresse decisum fuisse à Sacr. Congr. Concil. re-
fert Fagnan. *in cap.* Magnus 1. *de oblig. ad ratiocinia*
17 *num.* 64. vid. *verb.* Clericus *art.* 2. *num.* 23. Si vero post
commissum dilectum in fraudem Clericatum assumpsit,
gaudet adhuc privilegio fori quoad personam. Vid. *ibi-
dem num.* 24. At non gaudet privilegio fori quoad bona,
si Judex Laicus post commissum delictum ante illius pro-
motionem prævenit in causa. Vid. *ib. n.* 25. Judex tamen
secularis præveniens non potest in bonis talis Clerici proce-
dere, nisi postquam Judex ecclesiasticus pronuntiaverit
eum in fraudem curiæ secularis promotum fuisse. *Ib. n.*26.
Laicus, qui dum detineretur in carcere curiæ se- 18
cularis factus est Clericus vel professus, potest à Ju-
dice laico distringi, & puniri, etiam in persona: In ta-
li enim casu præventus est causa, & persona. Tum quia
ordo, & professio non invenit istum liberum. Tum
etiam quia ex contrario nimium eluderetur Justitia. Joan.
Andr. *in cap.* Magnus *capit. de obligatis ad ratiocinia
numer.* 19. Butrius *ib. num.* 9. Card. *ib. num.* 9. *quæst.
col.* 4. *vers. Quæ dicta sunt de personali distinctione*,
Ancharan. *ib. num.* 2. *in fine*. Fagnan. *ibid. num.* 52.
& 85. ubi ex aliis dicit esse communem, quia sicut as- 19
sumptio clericatus in fraudem non eximit bona Cleri-
ci à jurisdictione Judicis laici, quando causa est præ-
venta, ita nec eximit personam, quando est præventa
persona; utroque enim casu Jus divinum, sive eccle-
siasticum declaratur ab ecclesia ad eam speciem non
pertinere, ut expresse dicit Fagnan. *cit. numer.* 86. *in
fine*. Laicus inquisitus, & carceratus in curia seculari, 20
& postea dimissus sub fidejussione de se præsentando,
si interim fuerit factus Clericus, potest pro causa illa
à Judice laico ad carceres revocari, & puniri etiam
pœna corporis afflictiva. Talis enim à carceribus dimissus
sub

---

in contractibus ea opponi: eo quod in præjudicium regiæ Jurisdictionis præter Romanorum Pontificum, ac sacrorum canonum intentionem, mille fraudes contingant: siquidem plures contrahentes, ad regios Judices destituendos sollicite curam adhibent, ut fiat sub juramento contractus, necnon valeant laici conveniri, etiamsi fuerint rei, ecclesiastico in tribunali; hoc equidem procedit in eis contractibus, qui, secluso vinculo juramenti, validi sunt: in illis, qui absque juramento nulli, invalidive jure censentur, aut ætatis beneficio valeant rescindi, non autem: quia si in contractibus, alioqui sine ejusdem Religione validis, fuerit appositum, in fraudem secularis Jurisdictionis adjectum, quæ perturbari non debet, videtur omnino; quamobrem, cum contractus validus sit, nec possit minoris beneficio ætatis rescindi, satis manifesta fraus apparet, per quam omnes fere contrahentes laicos ad Judicem ecclesiasticum, prout in dict. *cap.* trahere intenditur; immo in reddituum regalium locatione specifice est præventum, quod si minores intercedant, læsionem inter alia evitandi ergo, juramentum præstent: aliter vero, tamquam publicani, aut talium proventuum conductores recipi non debent; (9) anterioribus non obstantibus, cum denegari nequiret regiæ majestatis potestas leges prædictas statuendi, & promulgari jubendi, utpote jus non resistit, neque ecclesiastica infringitur libertas, aliquid fuit superadditum, ut regia voluntas circa antecedenter disposita (videatur lex 11. citata ad quam se refert) proderetur; ideò fuit decretum, inter alios contractus, licere juxta præventa, juramenta recipi in omnibus, ad quorum subsistentiam pernecesse requiruntur (10); nec hæc dispositio fuit necessaria in contractibus locationum reddituum ecclesiarum, monasteriorum, clericorumque, nam posse juramentum apponi in eis, jam erat provisum (11); tamen semper juramentorum relaxatio est privativa Judicis ecclesiastici (12).

(9) *L. 6. tit.* 10. *lib.* 9. Mandamos que de aqui adelante no sea rescebido por arrendador mayor, ni menor, ni por fiador de qualquier dello, el que paresciere por su aspecto, ó fuere en duda que es menor de edad de veinte y cinco años, en ninguna de nuestras rentas, sin que primeramente jure sobre aquel contrato que hace de arrendamiento, ó fianza, no se llamará menor de edad, ni se dirá leso, ni damnificado, ni pedirá restitucion, y que el nuestro Escribano de rentas no resciba la obligacion, sin que resciba el juramento, sopena de 10ϑ. mrs. para la nuestra Camara; pero que la obligacion hecha con el tal juramento vala para siempre; y que el que lo hiciere no se pueda restituir contra el contrato, aunque diga, y alegue que fue leso: y si alguno fuera de nuestra Corte otorgare poderes para arrendar, ó para se obligar en alguna fianza de nuestras rentas, que se declare en él como es mayor de 25. años; ó si es menor, que venga incorporado en el poder el dicho juramento; y que de otra manera el dicho nuestro Escribano de rentas no la asiente, ni resciba, só la dicha pena.

(10) *L.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. Otrosí á lo que nos querellaron que por causa de la ley pasada, que hicimos en la ciudad de Toledo, por la qual defendemos ser fechos contratos con juramento entre legos, y asimismo submisiones á la Jurisdiccion eclesiastica, algunos Notarios, y Escribanos de nuestros reynos no osan tomar los dichos contratos, y submisiones, no solamente seyendo ambas partes legos, pero aunque el uno fuese Clerigo; y por la disposicion de la dicha ley los dichos Escribanos, y Notarios no quieren tomar juramento en contrato, que de su natura requiere juramento para su validacion, asimismo en compromisos, y contratos de dotes, y robras de ventas, y donaciones, y otros contratos semejantes de enagenamientos perpetuos, y generalmente la dicha ley era contra la libertad, y Jurisdiccion eclesiastica, y que por ella se quitaba á los Jueces eclesiasticos el conoscimiento de cosas, que de derecho, y costumbre les pertenescia, y que nos suplicaban que mandasemos revocar la dicha ley: á esto respondemos, que la dicha ley es justa, y se pudo bien hacer de derecho, y no es contra la libertad eclesiastica, ni por la dicha ley se defiende el juramento al Clerigo, siendo uno de los contrayentes, aunque el otro contrayente sea lego: y asimismo nuestra voluntad no fue de quitar el juramento en los contratos, que para su validacion se requeria; y asimismo que no interviniese en los compromisos, y contratos de dotes, y arras, y vendidas, y enagenamientos, y donaciones perpetuas: y asi lo declaramos, y queremos que quede libertad á los contrayentes que en tales contratos puedan jurar; y los dichos Escribanos, y Notarios puedan tomar los contratos con juramento, sin incurrir en pena alguna:::

(11) *L. ead. Ibi*: Pero permitimos que en los contratos de rentas que se arrendaren de las iglesias, y monasterios, Prelados, y Clerigos de ellas, que puedan intervenir juramento, y ponerse en ellos censuras, si las partes lo consintieren al tiempo que se hicieren los recaudos. Vid. *verb.* Censura.

(12) Vid. *verb.* Forum *in fine*.

sub fidejussione de se repræsentando censetur adhuc car-
ceratus, & in vinculis detentus; & sic cum in tali casu
præventa sit à Judice laico causa, & persona, & ordo
non invenerit ipsum liberum, remaneret adhuc ipse sub
Judicis laici jurisdictione, seu potestate. Sic ex variis
aliis tenet Fagnan. *loc. cit. à num.* 64. *ad* 87. ubi refert
sic in simili fuisse declaratum à Sacr. Congr. Concil.
21 Laicus in exilium pulsus à Judice seculari cum hoc,
ut si exilium non servaret, incideret in pœnam tri-
remium, si postea ordinatus exilium non servaverit, &
propterea ab eodem Judice in carcerem conjectus fuerit,
si revera ante transgressionem exilii promotus fuerit,
est remittendus ad Judicem ecclesiasticum. Fagn. *in cit.
cap.* Magnus *num.* 91. ubi refertur sic declarasse Sacr.
Congr. Concil. *die* 14. *Novembr.* 1609. Alia ad rem vid.
d. *verb.* Clericus *art.* 2. *num.* 27. & *verb.* Habitus *à nu-
mer.* 56.
22 Laici non possunt offerre oblationes in altaribus;
cap. Sanctorum 17. *caus.* 10. *quæst.* 1. Laici non pos-
sunt sacrificare, nec absolvere, aut ligare, *lib.* 3. *Cons-
tit. Apostolicarum cap.* 10. Leo X. Constit. 40. *in-
cip.* Exurge:: Concil. Trid. *sess.* 7. *can.* 50. *sess.* 16.
23 *capit.* 5. & *Canon.* 10. *ejusdem sess.* 14. Unde laicus,
seu etiam Clericus non Sacerdos audens celebrare, &
sacramentaliter absolvere, fit suspectus de hæresi, &
est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi;
& licèt esset minor 25. annorum, dummodo comple-
verit vigesimum annum, est degradandus, & brachio
seculari tradendus, & ultimo supplicio afficiendus ex
Clementis VIII. const. *incip.* Etsi aliàs:: & Urbani
24 VIII. const. 79. *incip.* Apostolatus Officium::: Et si
Laicus, vel Clericus non Sacerdos attentaret absolvere,
nulla esset absolutio, non obstante errore communi. Vid.
verb. Confessarius *art.* 1. *num.* 37. ✠
25 Laici neque possunt exercere ministerium Ordinum
minorum; Concil. Colonien. I. *part.* 3. *cap.* 31. Con-
26 cil. Trid. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 17. Laici non pos-
sunt regulariter inservire Ministris in altari; Concil.
27 Colonien. II. *part.* 3. *cap.* 32. Laici sub specie panis
tantum possunt communicare; Concil. Constantiense
sess. 13. *cap.* 1. Concil. Trid. *sess.* 21. *capit.* 1. *Ca-
28 non.* 1. & 2. *ejusdem sess.* 21. Laici non à se, sed
à Sacerdotibus debent Eucharistiam accipere; *arg. ca-
pit.* Tribus gradibus 22. & *cap.* Pervenit 29. *dist* 2.
de cons. Barb. *in Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 1. *nu-
mer.* 3. *Communis*, & prax. univers. nisi essent in ar-
ticulo mortis, & deficeret Sacerdos, vel Diaconus, cum
in casu talis extremæ necessitatis præceptum humanum
cederet præcepto divino sumendi pro tunc Viaticum;
Sic plurimi Probabilistæ cum La Croix *lib.* 6. *p.* 1. *n.*48.
& 482.
Laici eligere non possunt ad dignitates, & Præla- 29
turas Ecclesiasticas; *cap.* Nullus 1. *cap.* Non est 6.
cap. Non licet 8. & *cap.* Nosse 12. *d.* 63. *cap.* Con-
tingit 8. *de Arbitris*, *cap.* Decernimus 2. *de Judiciis*,
cap. Sacrosancta 51. & *cap.* Messana 56. *de election.
cum similibus*. Et electio Episcopi per laicos etiam cum 30
Canonicis facta, est nulla non obstante contraria con-
suetudine, quæ potius dicenda est corruptela, textu ex-
presso in *cit. cap.* Messana 56. *de elect.* & ibi Doc-
tores communiter. Laici non eligi possunt ad fictas dig- 31
nitates, & prælaturas ecclesiasticas; qui enim nedum
sunt Tonsurati, sunt inhabiles ad quodlibet beneficium,
ita ut nec sufficiat post illud jam acquisitum tonsura-
ri; *arg. cap.* Ex literis 6. *de transactionibus*, & no-
tat Giossa final., & Abbas *ib. num.* 3. & tenet Rota
part. 18. *rec. tom.* 1. *decis.* 40. *num.* 4. Nisi tamen Pa-
pa dispensaverit cum laico, ut possit eligi, & postea
quamprimum tonsurari, prout aliquoties contigisse cum
Magnorum Principum filiis, præsertim in Germania re-
fert Sanig. *cap.* 2. *num.* 2. *de elect.* Aut nisi ejusmo-
di electio fiat ex speciali instinctu Spiritus Sancti, pro-
ut S. Nicolaus, S. Severus, & S. Ambrosius ex lai-
cis fuerunt electi in Episcopos, ut habetur *in cap.* Sta-
tuimus §. 8. *E contra dist.* 61. Unde laici, ut vides,
sunt incapaces beneficii ecclesiastici; *arg. cit. cap.* Et 32
literis 6. *de transactionibus*, sunt enim laici incapaces
omnis Juris ecclesiastici; *cap.* Cum adeo 17. *de Res-
criptis*, *cap.* Causam 7. *de Præscriptionib. cap.* Contin-
git 8. *de Arbitriis*, *cap.* Decernimus 2. *de Judiciis*, *c.* In
Ecclesia, 2. *de Institutionibus* cum similibus. Possunt ta-
men laici præsentari ad beneficia à Patronis coram Or- 33
dinario, sub conditione, quod clericentur intra tempus
statutum ad præsentandum, ut dictum est *verb.* Juspa-
tronatus *art.* 4. *n.* 71. Laici non possunt habere pensiones
Ecclesiasticas; S. Pius V. *const.* 73. *incip.* Sacrosanctum.
Laici etiam Patroni non possunt conferre clericis be- 34
neficia, aliasque ecclesias, sed possunt ad ea præsen-
tare si habent Jus; Et si concedunt sine licentia Epis-
copi, nulla est concessio; *cap.* Cum Laici 10. *de Ju-
repatronatus*, Concil. Lateranen. III. *in append. titul.
de Jurepat. cap.* 3. Laici non possunt alicui domui 35
religiosæ concedere Juspatronatus sine licentia Episco-
pi; *cap.* Cura pastoralis 11. *de Jurepatr.* Concil. La-
te-

✠ Pertingitur ab A. an laicus factus Clericus, delicto ante clericatum commisso, detrusus in carcere seculari, vel sub fidejussione relaxatus, gaudeat fori privilegio, ut à regia jurisdictione eximatur; nullum præjudicium sequitur, quod memoriæ aliquid circa hoc dispositum tradatur; quæ requirantur, ut Clerici fori privilegio fruantur, præcipue in criminalibus, & à seculari considerentur exempti, jam insinuatio præcessit: (1) videtur per consequens claram esse exemptionem. Bene advertitur in obligatis ad ratiocinia, dum in administratione commissa dolose processerunt, & per quam ad illa tenebantur, etiam post clericatum susceptum, secularem, Judicem competentem esse, legem insinuare videri. (2) (Vid. *verb.* Forum, *in add. nov. hisp.*)

Indica dispositio clavum gubernacli tenentibus, ceterisque Judicibus secularibus præcipit, ut, si laici seditiosi, proditoresve in pœnarum subterfugium facti fuerint Clerici, vel religionem ingressi, præcedente, aut non processus formatione, si damnum notabile timeatur, ad punitionem suis Superioribus deferant officium, necex territorio ejiciantur, eos, summa cura, hæc in dominia cum formatis processibus, remittendo. (3)

(1) Vid. *verb.* Bona Cancellaria, & *verb.* Clericus.

(2) *L.* 24. *tit.* 6. *part.* 1. Movido seyendo pleyto contra alguno que quisiese rescibir orden sagrado, sobre cosas que le demandasen que tiene, ó que tuviera, de que oviese á dar cuenta á tal ome, que non fuese Rey, ú otro que lo demandase por razon de Concejo, podria ser que esta demanda que le movieron, ante que le quisiesen ordenar::: ó estonce en alguna destas tres maneras, ó por razon de porfia que non quisiese dar cuenta, ó por engaño que oviese fecho en aquello que toviera, ó porque ovo culpa, non lo aliñando, ó non lo recabdando como debia: onde si fuese por razon de engaño, ó de porfia: por qualquier destas dos non se deben ordenar, fasta que sea acabado aquel pleyto. Empero el juzgador que lo oviese de librar, les debe poner plazo fasta que se libre. Mas si el pleyto es por razon de culpa, segund que sobredicho es, ordenarlo pueden, maguer lo contradixese su contendedor. Cá despues en salvo le finca, para poderle demandar aquella razon, asi como de primero, delante aquel mismo juzgador:::

(3) *L.* 10. *tit.* 12. *lib.* 1. *Ind.* Los Virreyes, y Justicias reales manden executar lo dispuesto por derecho, en casos de que los seculares sean culpados en motines, trayciones, y por evadirse del castigo se hicieren Clerigos, ó entraren en religion, quedandose en la tierra (sin embargo de haberse entrado en religion los que antes estuvieren procesados), y si no estuvieren procesados antes, y el escandalo, y daño, que hicieren, fuere notable, encarguen á sus Prelados que los castiguen, ni sean echados de la tierra, enviandolos á estos reynos registrados, y con sus causas.

36 teranen. III. *eodem tit. cit. cap.* 5. Laici non possunt
spoliare de Ecclesiis, seu Beneficiis Clericos delinquen-
tes. *Conc. Constantiens. contra art.* 16. *Wicleff. capit.*
37 Relatum 21. *de Jurepatronat.* §. *Ad hoc.* Laici, qui Cle-
ricos instituunt, & destituunt in Ecclesiis etiam Patro-
natis subjacent Excommunicationi *c.* Præterea 4. *de Ju-
repatr.*
38 Laici non possunt facere judicia in Ecclesiis. *Conc.
Arelat. IV. cap.* 22. *cap.* Ut in domibus 1. *de immunit.*
39 *Eccles.* Immo Laici nec possunt facere sua consilia in
Ecclesiis, & Domibus earum: *cit. cap.* Ut in domibus
40 Ecclesiarum 1. *de imm. eccles.* Laici non possunt fre-
quentare monasteria Monialium, aliàs excommunicatio-
ni subduntur, textu expresso *in cap.* Monasteria 8. *de*
41 *vita, & honestate clericorum.* Laici non possunt tan-
gere sacras reliquias, neque vasa sacra, & neque illa
42 abluere. Conc. Coloniens. II. *part.* 3. *cap.* 31. Laici in-
duentes se vestibus sacris sunt puniendi, & condem-
natur mos in aulis Principum audiendi laicos habitu
episcopali joci gratia. Conc. Const. IV. *c.* 16. ibi: "Col-
„ligere licet solemne fuisse in aulis Principum, statis
„quibusdam diebus componere aliquem Laicum insigni-
„bus episcopalibus, qui, & tonsura, & ceteris orna-
„mentis personatum Episcopum ageret, & crasse etiam
„ridiculum Patriarcham, quo se oblectarent. Quæ om-
„nia, ut in dedecus ecclesiæ accersita prohibentur sub
43 „gravibus censuris." Laici non possunt indui superpel-
liceis. Conc. Coloniens. II. *part.* 3. *cap.* 31.
44 Laici nequeunt habere cryptas, & aditus subterra-
neos, per quos è suis domibus ad ecclesias, & loca
immunia transeant; & ubi adsint, injungitur Episco-
po, ut eos claudere faciant. Sacr. Congr. Immunitatis
in Aquilana 9. *Martii* 1632. *lib.* 2. *dec. Paul. pag.* 515.
45 Vide *verb.* Ecclesia *art.* 6. *num.* 1. Laici, dum divina
celebrantur, non debent inter canonicos, & alios Ec-
clesiæ Præbendatos in choro stare, vel sedere; *cap.* Sa-
cerdotum 29. *dist.* 2. *de consecrat. cap.* Ut laici 1. *de vita
& honest. Clericorum*; & sic expresse decrevit Sacr. Con-
46 gr. Rit. *in Compostellana* 4. *Febr.* 1600. Laicorum loca
in ecclesia distincta, & separata esse debent à locis Ca-
nonicorum, & Ministrorum in divinis inservientium.
47 Sacr. Congr. Rit. *in Elboren.* 8. *Januar.* 1606. Laici non
debent occupare stalla, seu loca dignitatum, canonico-
corum, & præbendarum in choro, vel presbyterio, etiam-
si sint illustres, & de magistratu; Sacr. Congr. Rit. *in
Compostell.* 21. *Febr.* 1604. *& Granat.* 24. *Octobr.* 1609.
48 Laici non possunt retinere sedilia in presbyterio.
Nec possunt retinere Baldachinum in ecclesia: Nec eis
est deferendum evangelium ad osculandum. Vid. *verb.*
Ecclesia *art.* 5. *num.* 29. *&* 30. ubi afferuntur ad hoc
49 decreta Generalia. Hinc Sacra Rituum Congregatio man-
davit aptandum esse locum magistratui extra Presbyte-
rium juxta designationem porrectam à Magistro cæremo-
niarum, non obstante quod magistratus reperiretur in
possessione, & allegaret alterius loci congrui deficien-
50 tiam. *Vid. ib. num.* 32. Magistratus laicus non potest
in ecclesia habere retentionem, sive usum tapeti, aut stra-
tus. *Vid. ib. à num.* 32. *ad* 36. ubi afferuntur varia de-
creta ad rem. Laici exceptis personis regalibus nequeunt
sibi facere deferri strata ad ecclesias. *Vid. ib. n.* 28.
ubi affertur decretum id prohibens sub gravibus pœ-
nis.
51 Laici an, & quomodo possint ponere, retinere sedi-
lia, seu scamna propria in ecclesia, vide *ib. à nu-*
52 *mer.* 7. *ad* 27. Laici non sunt invitandi ad synodum,
nec locum prætendere possunt; Sacr. Congr. Concil.
in Lyciensi Synodi 10. *Jan. &* 10. *April.* 1688. *in
responsione ad primum*, & Sacr. Congr. Rit. *in Ur-
binaten.* 23. *Jan.* 1700. *in responsion. ad septimam.*
53 Laici non possunt esse Vicarii Episcopi; Conc. Hispa-
lens. II. *cap.* 9. Laici non possunt esse socii Visitato-
ris in ingressu clausuræ Monialium; Sic expresse sta-
tuit Gregorius XIII. *const. incip.* Dubiis::: ubi impo-
nit gravissimas pœnas contra Visitatores, transgresso-
res, & pluries declaravit Sacr. Congr. Episcopor. &
Regularium, & signanter *Tarvisina* 20. *Novemb.* 1601.
etiamsi essent Officiales, seu Santesii ejusdem monas-
terii, ut in *Genuensi* 16. *Jan.* 1610. *in Regesto fol.* 15.
Laici magistratus jus non habent indicendi publicas 54
preces. Bened. XIV. tom. 1. const. 82. *incip.* Quemadmo-
dum §. 3. & 6.
Reticendum hic haud est, quod in Concilio Ro- 55
mano *tit.* 28. *de Immun. cap.* 4. *aliàs* habetur: "Genera-
„li S. Sedis decreto Ecclesiis etiam Regularibus intra
„presbyteriorum, & altarium septa dum missæ ibi cele-
„brantur, aliarum divina officia persolventium, secu-
„larium personarum cujuscumque conditionis, & sexus
„assistentiam prohibitam fuisse non ignoratur. Verum-
„tamen quum ad hoc laici quidem in vetita temeritate
„nitantur, & ibidem stare aut scamna habere, vel genu-
„flexiora sibi arrogare præsumant, id iterum juxta sa-
„crorum canonum, ejusdemque Apostolicæ Sedis men-
„tem, sub ecclesiarum Regularium etiam, & quomodo-
„cumque exemptarum interdicti pœna ipso facto incur-
„renda, & Romano Pontifici reservata inhibemus; man-
„dantes, ut si quæ sint pro laicis sacra intra loca præ-
„dictæ, sedes, scamna, & genuflexiora, illinc auferan-
„tur, & removeantur omnino."

(Vide *per tot art.* 2. *verb.* Clericus).

LARGITIO MUNERUM.

Vide *verb.* Regul. *verb.* Xenia, & *verb.* Pœna *art.* 2. *num.* 147.

LAXA PROPOSITIO.

Vide *verb.* Propositiones damnatæ *num.* 40.

LAUDEMIUM.

Vide *verb.* Emphyteusis *art.* 3. *à n.* 16. *usque ad finem.*

LECTORATUS.

Vide *verb.* Ordo, *art.* 1. *num.* 31. 32. 33.

LATRONES CRUCI CUM CHRISTO AFFIXI.

*** LATRONES crucifixi cum Christo, quinam fue-
rint? Hi latrones fortasse fuerunt ex iis, qui tunc tem-
poris Judæam infestabant, nec alium sibi regem esse
quam Deum asserebant, & Romano imperio propterea
se non esse subjectos jactitabant. Circa autem eorum
nomina satis variant Auctores. In collectaneis enim,
quæ Bedæ falso adscribuntur, latro bonus *Matta*, &
latro malus *Joca* nominatur. In historia Xaveriana *pa-
gin.* 480. unus dicitur *Vicinus*, & alter *Justinus.* In
evangelio apocrypho Infantiæ Christi *cap.* 23. nuncu-
patur unus *Titus*, & alter *Dumacus*, & in evangelio
Pseudo-Nicodemi *cap.* 9. latro probus appellatur *Di-
mas*, & improbus *Gestas*; quod etiam tradidit Goffri-
dus Vindocinensis *in fine sermonis decimi.* Sic expresse
Cardinal. Lambertinus postea Benedictus XIV. de
Canonization. lib. 4. *cap.* 12. *num.* 10. ubi insuper tra-
dit, quod bonus latro cultum obtinet in utraque ec-
clesia, *Occidentali* videlicèt, & *Orientali.* Ad diem 25.
Martii mentio ejus fit in martyrologio Romano: Hie-
rosolymis commemoratio Sancti Latronis, qui Christum
confessus ab eo meruit audisse; *Hodiè mecum eris in
Paradiso*: subditque Cardinal. Baronius in notis: "Di-
„mam hunc plerique appellant, sed quoniam id ab Apo-
„cryphis proditur, ea de causa hic nomen proprium
„prætermissum videtur. Reperiuntur autem Sancti Di-
„mæ Latronis nomini nonnulla sacella dicata, & me-
„moriæ erectæ eodem titulo."

57 Sub nomine tamen Sancti Latronis solummodo, reti-
cito proprio nomine, in religione Beatæ Mariæ de Mer-
cede Redemptionis Captivorum ex concessione Sixti V.
recitatur officium proprium de Confessore non Pontifice
cum oratione, & responsoriis propriis, & primis lectio-
nibus desumptis ex Scriptura, secundis ex sermone Sanc-
ti Joannis Chrysostomi, & tertiis ex sermone 49. Sanc-
ti Ambrosii, in quo fit sermo de Sancto latrone. Cum au-
tem à Congregatione Patrum Piorum Operariorum fue-
rit supplicata extensio dicti officii, ex quo sanctum hunc
bonum latronem in specialem Patronum, & Advocatum
suum elegerit, propter expertas plurimas peccatorum con-
versiones ejus intercessione in suis sacris missionibus fac-
tas; & orta difficultate; an de Confessore, aut de Mar-
tyre ejus officium recitari deberet, omnibus perpensis
Sacr. Rituum Congregatio *die* 23. *Sept.* 1724. adhæren-
do opinioni asserentium, hoc officium recitandum de
Confessore, & non de Martyre, indulsit dictæ Congre-
gationi Piorum Operariorum, ut illud possent recitare
de Confessore non Pontifice sub nomine Sancti Boni la-
tronis, prout cultum obtinet in Religione B. Mariæ de
Mercede. Sic apud laudatum Lambertinum, Bened. XIV.
loco proxime citato ubi multa tradit ad rem.
58 Quoad nomina latronum fere consimiliter, ut supra,
tradit Eruditissimus Calmet in dictionario *verb.* Latro:::
ubi de ipsis sic insuper refert: Pseudo-Evangelium In-
fantiæ Salvatoris vetustissimum quidem opus refert, fu-
gientem cum puero Jesu Virginem, & Sanctum Jose-
phum in Ægyptum incidisse in turmam latronum reso-
lutam in somnum, duobus tantummodo vigilantibus, è
quibus alter in necem peregrinorum sese accingebat, sed
à socio prohibitus est. Tunc puer Jesus ore fatidico præ-
nuntiavit, ambos illos latrones agendos esse secum in
crucem, alterum autem ex illis recipiendum in Paradi-
sum, depellendum alterum ad Inferos. Hæc ille ad li-
teram.
59 An autem ambo hi latrones bonus, & malus blas-
phemaverint in cruce Christum, aut solus malus, vi-
dentur non convenire inter se Evangelistæ. Matthæus
enim *cap.* 27. & Marcus *cap.* 15. narrant, Christum
ab utroque latrone fuisse maledictum, "id ipsum autem
„& latrones, qui crucifixi erant cum eo, impropera-
„bant ei, & qui cum eo crucifixi erant, convitiaban-
„tur ei." *Lucas* autem *cap.* 13. asserit, solum malum
latronem blasphemasse eum, & fuisse reprehensum à
bono, qui postea Christum rogavit, ut cum in suum
pervenisset regnum, memor esset sui: "Unus autem
„ex his, qui pendebant latronibus, blasphemabat eum
„dicens: si tu es Christus, salvum fac te ipsum, &
„nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens:
„si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos. Res-
„pondens autem alter increpabat eum dicens: Neque
„tu times Deum, quod in eadem damnatione est. Et
„nos quidem juste, nam digna factis recipimus, hic
„vero nihil mali gessit; & dicebat ad Jesum: Domi-
„ne memento mei dum veneris in regnum tuum; &
„dixit Jesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Pa-
„radiso." At S. Hieronymus in *cap.* 27. *Matth.* os-
tendit, quod nihil inter se discrepaverint Evangelistæ,
dicentes, quod in principio uterque quidem latro con-
vicia, & maledicta in Christum conjecerit, sed pos-
tea bonus latro, ut vidit solem obscurari, tremefieri
terram, & saxa disrumpi, resipuerit, ibi: "Non quod
„discrepent Evangelistæ, sed quod primum uterque blas-
„phemaverit, dehinc, sole fugiente, terra commota,
„saxisque disruptis, & ingruentibus tenebris, unus cre-
„diderit in Jesum, & priorem negationem sequenti con-
„fessione emendaverit." Sanctus autem Augustinus *l.* 3.
de consensu Evangelistarum alio modo eos conciliat.
Dicit enim, quod Matthæus, & Marcus adhibuerint mo-
dum loquendi in sacra Scriptura satis frequentem, ibi
sæpe pluralis pro singulari numero ponitur, ut patet in
epistola ad Hebræos: *Clauserunt ora leonum*, & tamen
de solo Daniele ibi est sermo: *Secti sunt*, & tamen
refertur ad solum Isaiam; & psalm. 2. *Astiterunt Re-
ges terræ, & Principes convenerunt in unum*; quæ de He-
rode, qui erat Rex, & de Pilato, qui erat Princeps, in-
telliguntur; ut patet ex Actorum Apostolorum *cap.* 4.
num. 6. & hæc Sancti Augustini opinio communius se-
quitur à Sacris interpretibus, ut testatur Scriptura Sy-
nopsis Critic. Sacr. in Matt. *cap.* 27. *pag.* 677. ibi: "Plu-
„ralem numerum usurpari, ubi unus è multis, sed inde-
„finite indicatur, veteres, novique interpretes monue-
„runt." Sicque tenet peritissimus Card. Lambertinus Be-
nedict. XIV. de festis D. N. Jesu Christi part. 1. n. 286.
expresse dicens; "Atque etiam multo verosimilius est de
„uno tantum latrone Evangelistas loqui, nam qui bonus
„potuisset latro alterum, quod blasphemaret, increpare, si
„ipse etiam paulo ante blasphemasset?" Ita etiam Cor-
nel. à Lapide in Lucam *c.* 23. *versicul.* 42.
Quo sensu intelligenda sint illa verba *Hodie me-* 60
cum eris in Paradiso, variant Sacri Interpretes. Sanc-
tus enim Justinus Martyr *quæst.* 75. 76. & 85. ad
Orthodoxos dicit, quod pro tali Paradiso intelligendus
sit ille terrestris, è quo pulsus est Adam; sed hæc
opinio cum petitione latronis non convenit, cum ille
non terrestrem paradisum, sed cœlestem postulaverit.
Verius tamen est quod S. Augustinus *epist.* 187. *aliàs* 37.
ad Dardanum tradit, verba illa *Hodie mecum eris in
Paradiso* non de Paradiso interpretanda esse, quia illa
eadem die non erat Christus venturus in Paradisum,
ibi: "Non ex his verbis in cœlo existimandus est es-
„se Paradisus, neque enim ipso die in cœlo futurus
„erat homo Christus Jesus, sed ita esse intelligenda,
„ut Paradisus esset in inferno, quo anima Christi illa
„die futurum erat ut descenderet. Restat igitur, ut,
„si secundum hominem dictum est: Hodie mecum eris
„in Paradiso, ubi erat ea die futurus secundum hu-
„manam animam Christus." *Cui consonat* S. Thomas
3. *part. quæst.* 52. *art.* 4. *ad tertium dicens*: "Illud
„Verbum Domini est intelligendum non de Paradiso ter-
„restri corporeo, sed de Paradiso spirituali, in quo
„esse dicuntur quicumque divina gloria perfruuntur.
„Unde Latro loco quidem cum Christo ad Infernum des-
„cendit, ut cum Christo esset, quia dictum est ei: me-
„cum eris in Paradiso; sed præmio in Paradiso fuit,
„quia ibi divinitate Christi fruebatur, sicut & alii Sanc-
„ti." Tirinus in *cap.* 23. *Luc. num.* 43. sic expres-
se habet; *Hodie mecum eris in Paradiso*, non terres-
tri Adami, non etiam cœlesti, vel in cœlo Empyreo,
sed generaliter in loco voluptatis, puta in consortio
tot myriadum Sanctorum Patrum, & in clara visione
Dei, quæ intuitu mortis Christi, statim atque expira-
vit, concessa est omnibus in Limbo. Et Maldonatus in
cap. 27. *Matth. num.* 44. relatis variis interpretatio-
nibus, concludit, Paradisi nomine intelligendum esse
Abrahæ sinum, ubi animæ sanctorum ante Ascensio-
nem Christi in cœlum morabantur. Illuc enim illa ea-
dem die Christus descendit, & illuc latronis animam
secum conduxit; quod & probat Sapientissimus Lay
Harmon. Evangel. *lib.* 5. *cap.* 34. Christi verba sic
explicans. Non modo tui memor ero, cum Regnum meum
suam plenitudinem consequetur, sed hodie magna tibi
afferam solatia, & ad illam te sedem mecum adducam,
ubi tranquille degunt animæ, Abraham, Isaac, & Ja-
cob. Ita apud numquam satis laudat. Card. Lambert.
Benedict. XIV. *loc. cit. num.* 289. Et egregie Cornel. à
Lapide *in Luc. cap.* 2. *vers.* 43. ibi: *Certum enim est,
Christum cum latrone die illo, quo obiit non ascendisse
in cœlum, sed descendisse ad Limbum Patrum.* Unde
S. Augustinus *lib.* 12. *de Genesi ad lit. cap.* 34. &
Maldonat. per Paradisum hic accipiunt sinum Abrahæ,
ibique eis visionem divinitatis suæ impertivisse; itaque
eos beasse, quare tunc Christus rerum sortes mutavit,
fecit enim, ut Limbus esset Paradisus, ut inferi essent
superi, & Infernus esset cœlum, ubi enim est Christus,
ibi est Paradisus, ubi est visio Dei, & beatitudo, ibi
est cœlum. Et cum aliis concordat etiam Hugo Card. in
Lucam *cap.* 25.